

PROCLI DIA-
dochi Sphæra Tho
ma Linacro An-
glo interprete.



BRITISH MUSEUM
12 58
AFR

¶ AD ILLVSTRISSIMVM ARcturum Cornubiæ Valliæq; Principem Thomæ Linacri Angli in Procli Diadochi Spęram præfatio.

CVm statuissẽ Arcture prĩceps illustrissime: & totius ęui tui dec⁹: pro mea incredibili erga te pietate: summaq; obseruãtia: mearum lucubrationum monumentum aliquid: tibi nuncupare: succurrebat in primis Procli Sphęra. dignum ni fallor opus: cui tu presertim aliquam partem studiorum tuorũ impertias. Quippe qui secundus ex omni maiorum numero extitisti: qui gẽtili syderis nomine vocarere: huc accedit quod nõ parũ adiumenti præstabit. vel ad poetarum lectionem (cui te incumbere miro iam successu cœpisse intelligo) vel ad celebrium locorum situs: naturæq; cognitionẽ: quæ reliquam quoq; ætatem. post publicas solicitudines iucũdissima voluptate: recreet atq; reficiat. Neq; eni ea cognitio alia ratione: parabilis est presertim tibi: cui per occupationes regni: peragrare orbem minime licebit: q ex iis libris: qui prorsus intelligi sine sphęræ notitia non possunt. Id quod firmissimis rationi

bus addicerem. niſi vererer ne nimium longa præfatio; operis compendio parum quadraret. Feci itaq; tibi e græco latinũ Proclũ de ſpæra diſſerẽtẽ: nõ quod antea latine de ea proditũ etiam ab homine noſtrate nõ ſit. Sed quod multo certe meli⁹ a Proclo: vt taceam: ſi quid in noſtrate requirim⁹: quod etiam per aliũ e noſtris quoquo modo ſarciri: non fuerit fortaſſis alienum. Hanc inclyte Priceps tua occaſiõe legẽt ſtudioſi: leges et tu cum tibi commodum videbitur maxima ſiquidem (niſi nimium operis amore labor) eum ſpe fructus. Simul illud interim admonitus: ſi quid ex ea lingua deſideras: in qua omnis humanitatis monumenta ſunt condita; quod vel tuorum publicis ſtudijs: vel tuis: que magis ẽt publica ſunt: conducere putaris: non deeſſe ex Anglis tuis: qui tibi nõ nihil fortaſſis in ea re gratificari poſſint: vtinam tam poſſint q̃ velint. Sed nunc Proclum ipſum: ſi libet loquentem audies: perinde tamen: ac ſi in græcia eſſet. Ad cui⁹ certe horizonta ſphæram pinxit. Quod ita ſtatim in ingreſſu operis ſignificaſſe: non fuerit fortaſſis ab re.

¶Procli Diadochi Sphæra Thoma Linacro Anglo interprete.

¶De Axi & Polis.

AXIS mundi vocatur demetiens ipsius; circa quã voluitur. Axis extrema poli mundi: seu vertices sunt nominati. Horũ alter septẽtrionalis. Alter austrinus dicitur. Septẽtrionalis q semper in nr̃a habitatione apparet. Austrinus cõtra: qui semper vt ad nostrum horizonta conditur. Sunt tamen in terra loca quędam: in quibus polus: qui semper nobis conspicuus est: iis q ibi degũt haud quaq̃ cernitur. Qui vero nobis perpetuo occult⁹ est: iisdem conspicuus euadit. Rursus quoq; locum quempiam in terris inuenias: vbi ambo poli æquabilẽ in horizonte situm habẽt.

¶De circulis Sphæræ.

CIrculorum sphæræ. Alij paralleli siue æquidistantes sunt. Alij obliqui. Alij per polos ducti. Aequidistantes sunt: quibus iisdem cum mundo poli sunt. Sunt autem ij numero quinq. Septentrionalis. Solstitialis. Aequator. Brumalis

Antarcticus. Septentrionalis igitur circul⁹ is est: qui omnium quos perpetuo cernimus plane maximus est: quiq; horizonta solo pũcto contingit: totus supra terrã intercept⁹. In hoc quecunq; clauduntur astra: nec ortũ nec occasum norunt: sed circa polum verti tota nocte cernuntur: porro is circul⁹ in nostro tractu: a priore maioris vtrę pede describitur. Solstitialis autem circulus is est: qui omniũ: qui a sole describũtur maxime septẽtrionalis habetur. In quem cum se sol receperit: estiuam reciprocationem peragit. Longissimusq; totius anni dies breuissimaq; nox exit. Post hanc autẽ reciprocationẽ nequaq̃ vltra: septẽtriões versus solẽ progredi: qui potius ad diuersa mundi regredi cernas. Vnde & tropico græce nomen. Aequator siue vt vocant equinoctialis circulus is est: qui maximus equidistantium circulorum habetur. Ita nimirum ab horizonte dissectus: vt alter eius semicirculus supra terrã: alter sub terra condatur. In hoc sol duplex ęquinoctium vernum: autummaleq; facit. Brumalis circulus is est. qui omnium circulorum: qui a sole mundi circumactu describuntur: maxime ad austrum pertinet. In quo sol Brumalẽ reciprocationem facit maximaq; totius anni nox: minimusq; dies efficit. Post hãc metam nequaq̃ vltra progredit sol: sed ad alteras mũdi partes reuertit. Vnde tropic⁹ hic quoq;. ab argumẽto dicit: quasi versilis appella

t. Antarcticus vero circul⁹ ęqualis & equidi
ſtãs ſeptẽtrionali circulo ẽ: et horizõta vno
puncto contingens: totus præterea ſub ter-
ris merſus: in quo ſita aſtra ſemper nobis oc
culta manent. Maxímus autem ex quiq; me
moratis circulis eſt ęquator: deinde tropici:
Minimi vero: quod ad noſtram habitationẽ
dixerĩ: arctíci. Porro hos circulos citra om-
nem latitudínem intellígi conuenit ratione
cognobiles ex aſtrorum ſitu: et eodem diop-
tre obtutu: & noſtro intellectu deliniatos:
Senſu enim vnus lacteus diſcerni in cęlo po
teſt. Reliqui omnes ratione.

¶ Cur quĩq; dũtaxat ęquidiſtãtes ĩ ſphęra.

QVinq; vero dũtaxat ęquidiſtã-
tes circuli deſcribi ĩ ſphęra ſo
lent: quod tamẽ non eo valet:
quaſi ij ſoli in mundo equidi-
ſtãtes ſĩt: qppe cũ ſol quotidie
ęquidiſtantem ęquatorí circu-
lum quatenus ſenſu animaduerti licet mũ-
di rotatu peragat. Quo fit vrbis centũ octo
ginta duos ęquidiſtantes circulos intra tro
picos deſcribar: totidem enim dies intra re-
ciprocationes numerantur: quin et ipſe ſtel
lę vniuerſe in ęquidiſtantibus circulis quo-
tidie feruntur: non tamen hi omnes in ſphę
rã adhibẽtur. Quod tametſi multis alijs re
bus inaſtrologia conducant: ſiquidem fieri

nequit: vt vel astra probe in sphæra locẽtur sine omnibus equidistãtib⁹ circulis: vel exa mussim dierum noctiũq; magnitudines sine ijsdem inueniantur: tamen quod ad prima astrologię rudimenta non adeo vtiles existimati sunt: parũ visum est eos in sphæram adscribi. Quinq; vero ęquidistantes circuli ob certa compendia: quę astrologię tyronibus afferunt: optimo iure in sphærã sunt adhibiti. Septentrionalis enim astra, quę nobis perpetuo cernuntur determinat: Solsticialis tropicus: solis reciprocationem continet: finisq; est eiusdem ad boream transitus. Brumalis tropicus solis ad austrũ progressi meta est: brumalem eius reciprocationem inchoans. Antarcticus circulus astra quæ nostrum conspectum fugiunt determinat. Itaq; cum ijs qui primi astrologiæ rudimentis imbuti sunt: certa emolumenta suggerant: merito in sphæram coniectos quis dubitet.

De occultatione et emersu ęquidistãtiũ.

VErum ex memoratis quinq; ęquidistãtibus circulis. Arcticus sane supra terram tot⁹ existit: Solstitialis autem tropic⁹ bipartito ab horizonte scinditur: maiore eius parte supra terram conspicua: minore subter occulta. Neq; tamen in omni tractu: vrbe ve similiter circu-

culus hic ab horizonte ſecatur. Sed proclimatum varietate variam ſectionum exuperantiam ſortitur: iijs quoq; propius ſeptẽtriões agũt: inæquabiliusq; ab horizonte ſcindítur. Nec finis: donec eo loci ventũ ſit: vbi totus ſupra terrã emineat. Qui vero ad auſtrum magis vergunt: iſs profecto per equabiliores partes ab horizonte diuiditur: donec ad plagam quãdam ventũ ſit: nobis certe auſtrum: in qua tropicus ab horizõte per equas parteis ſecatur. At in noſtra habitatione ſolſtitialis ab horizõte ita ſcinditur: vt vniuerſo circulo ni per octo parteis diſſecto: quinq; ſupra terram appareant: tres ſub terra lateant. Sane ad hanc mundi inclinationẽ (Clima græci vocant) cũ phœnoma ſcriberet: ſpectaſſe aratus videtur. In quibuscũ de ſolſtiali tropico differit ita ait.

¶ Quos verſus nos ita vertimus.

Huius in octonis diſſecti partibus alta
Tetrarũ quinq; inuiſcunt: tres ima frequẽtãt
Alterni & phœbi reditus celebrantur eodẽ.

Quãq; ne diſſimulandum cenſuerim eoſdem antea a Germanico cęſare in arato ſuo latinos in hunc modum factos.

Hunc octo in parteis si quis diuiserit orbē.
Quīq; super terras semper fulgere notabit.
At tres sub tris; breuib⁹ q̄ latere sub vmbris
Hoc cancrī tetigit cum titan orbe; timete
Aestatē rapidā; & soluētes corpora morbos.

Quos eo libentius Arcture decus commemorauī: vt intelligas maximos principes (quorum gloriam te non solum æquaturum: sed etiam superaturum auguror) huiuscemodi studijs fuisse delectatos. Ex hac diuisione sequitur maximum diem horarum æquinoctialium quindecim esse: noctem vero nouem. In rhodio autem horizonte ita tropicus ab horizonte dirimitur. Vt cum circulus vniuersus in octo & quadragīta parteis secetur. vnde triginta sectiones supra horizontem appareant vndeuiginti sub terra lateant. Ex qua diuisione fit: vt apud rhodios longissimus dies horas æquinoctiales quatuordecī habeat: nox nouem: additis hinc inde semissibus vnius horę singulis. Aequator veræ circulus per vniuersum terrarum orbem ita ab horizonte diuiditur: vt semicirculus eius supra terram extet: semicirculus sub terra linquatur. Quo fit: vt in hoc circulo æquinoctia fiant. Brumalis autem tropicus ea ratione ab horizonte intersectus est: vt minore sectionibus supra terram habeatur maior sub terra: inæquabilitas vero sectionū eandem in omnibus climatibus varietatęm ha-

bet: quam etiã in solstitiali tropico diximꝰ: semper enim respondentes ex aduerso tropicorum sectiones æquales inter se sunt. Eo q̃ fit vt maximus dies maximæ nocti æqualis euadat. Antarticus autem circulus totꝰ sub horizonte latet.

¶ De magnitudine æquidistantium.

Sed ex quinq; iam memoratis circulis; quorundam magnitudines per vniuersum terrarum orbem eædem sibi constant. Nonnullorum pro climatibus mutantur. Aliisque maiores. Aliis minores circuli euadunt. Tropici enim & equator pares per totum orbem magnitudines seruãt. Arctici magnitudine euariãt: cum alibi maiores: alibi minores cernãtur. Quippe iis qui septentriões: versus degũt: maiores septentrioãles fiunt: cum polo magis in altum subiato arcticum: qui horizonta contingit: necesse sit assidue maiorem fieri. His vero qui mãgis etiam ad septentriones vergunt: interdum solstitialis tropicus in arcticum plane abit. Fitq; vt duo circuli septẽtrionalis: tropicusq; coeant: pro vnoq; habeantur. Adeo cum magis etiam ad septẽtriones accedit: maiores solstitiali tropico: septentrionales reddũtur. Nec finis: donec eo ventum sit. Vbi quoniam polus supra verticem conspicitur: septẽtriaonalis in ho

rizontis locum cędit: ei que in mūdi rotatu coniungitur ęquatoris plane magnitudine: fitq; vt tres circuli ſeptentrionalis: ęquator & horizon: eundem ſitum poſitumq; obtine ant. Rurſus autem ijs: qui ad auſtrum habi tant. Poli humiliores fiunt: ſeptētrionales vero circuli minores: finis autem decremen ti eſt locus ad auſtrum nobis ſitus ſub ęqua tore: in quo poli ſub horizonte habētur ſep tentrionales autem circuli prorſus euanue re ita ex quinq; æquidiſtātibus tres denique ſuperant: nempe cum ęquatore: tropici duo.

¶ De numero ęquidiſtantium.

NEque enī ob ea quæ dicta ſunt quin que perpetuos ęquidiſtantes exiſti mandum. Sed pro noſtra habitatio ne numerum eorum exiſtere: quippe quibuſdam in horizontibus tris dumtaxat ęquidiſtantes inuenias. Sunt ſane et ſupra terram habitationes quarū prima eſt: in qua ſolſtitialis circul⁹ horizōta cōtingit: & pro arctico plane habetur. Secunda: quam ſub polo appellant. Tertia de qua pauloante te tulimus: quam ſub æquatore nominār.

¶ De ordine æquidiſtantium.

OVo circa nec ordo quinq; æquidiſtā tium circulorum idem apud omnes eſt: ſed ī noſtro tractu. Primum ſane

septentrionalem dixeris. Secundum solstitiali, Tertium æquatorem. Quartū brumalem. Quintum antarcticum. At ijs: qui proprius quam nos septentriones incolunt. Primus interdum solstitialis tropicus numeratur, Secundus septētrionalis. Tertius æquator. Quartus antarcticus. Quintus brumalis circulus. Cum nanq; septentrionalis solstitiali capatior euadit: necesse est memoratum ordinem seruari.

De potestate æquidistantium.

IAm vero nec potestates eorundē æquidistantiū eędem. Nam qui nobis solstitialis circulus habetur: antepodib⁹ certe brumalis efficitur: contraq; qui illis solstitialis est: nobis brumalis redditur. Sed qui sub æquatore degunt: ijs vniuersi tres circuli viribus plane solstitiales sunt: vt pote sub ipsam solis orbitam incolentibus. Quamquam si ad sē inuicem conferantur: qui nobis pro æquatore statuitur: solstitialis vicē obtinet. Ambo vero tropici pro brumalibus cēsētur. Nanq; idemum natura solstitialis circul⁹: perpetuas ꝙ ratione in toto terrarum orbe dici potest: In quo sol de latus proxime habitationē habetur. Quo fit: vt ijs: q sub æquatore agūt: æquator ipse pro solstitiali statuatur: vt po-

te in quo ſol ſupra verticē agitur: proæquatoribus autem omnes equidiſtantes circuli: velut pequas parteis ab horizonte diſſecti.

¶ De interuallo æquidiſtantium.

Ed nec interualla circulorum in toto orbe a ſe inuicem ſtata ſunt. Verum proſphęrarum deſcriptione ad hunc modum diſpenſari ſolent. Diuiſio i ſexaginta parteis meridiano quouis circulo: ſeptētrionalis circulus a polo ſexageſimarum partium ſex interuallo deſcribitur. Idem in alteram partem a ſolſtitiali circulo ſexageſimarum partium quinq; interuallo notatur. Aequator ab vtroq; tropicorum ſexageſimis quaternis diſtat. Brumalis circulus ab antarctico ſexageſimis quinq;. Antarcticus a polo ſexageſimis ſex. Neq; tamen in omni plaga vrbeue eandem intercapedinem inter ſe ſeruāt. Sed tropici ab æquatore parem in omni inclinatione diſtantiam vendicant: iidem autem ab arcticis nō parē p oēs horizontas: ſed alibi minorē alibi maiorē. Ita demū & arctici a polis nō parē in qua vis inclinatione diſtantiam ſeruant: ſed alibi maiorem: alibi minorem habent. Sphærę tamen omnes ad græcię

horixonta deſcribuntur.

De coluris.

Vnt & per polos ducti circuli: quos nonnulli coluros vocãt. His accidit: vt in ambitus ſuos: mũdi polos recipiant. Coluri autẽ dicti ſunt: quod parteis aliquas ſui minime conſpectas habent. Reliqui enim circuli ĩ mũdi circumactu integri cernũtur. Sed colurorum partes quæ piam quę videlicet: ab antarctico cõprehenſe ſub horizonte latent: cerni non poſſunt: ſignãtur autem ij circuli per tropica puncta: diuiduntq; per duas equas parteis circulum: qui per media ſigniferi ducitur.

De ſignifero.

Bliquus circulus is eſt: qui duodecim ſigna cõtinet ex tribus æquidiſtantibus circulis conſtans. Quorum duo latitudinẽ ſigniferi determinant: vnꝰ per media ſigna ductus vocatur: hic adeo duos pares et

æquidistantes circulos attingit: solstitialem in prima. Cancri parte: brumalem in capricorni principio. Latitudo signiferi continet partes duodecim. Dictus est autem hic circulus obliquus: quod æquidistantes ad inæquales angulos intersecet.

De horizonte.

Orizon vero circulus (quē finitorem latini vocant) is est: qui conspectam mundi partem ab inconspecta dirimit. Itaq; in duas partes vniuersam sphęrā sic secat: vt alterum hemisphærium supra terram: alterum sub terra relinquat. Est vero horizon duplex. Alter qui sensu vsurpatur: alter qui sola ratione percipitur. Atq; sensilis quidem horizon est qui a visu nostro in termino visionis circunscribitur. Hic adeo non amplius duum milium stadiorum dimetientē habet. Qui autem ratione percipitur: ad fixarum stellarum sphęram pertinet: mundum quę totum in duo secat. Nec vero per omnem tractum vrbemue: idem horizon est. Sed sensu idem quadringentis fere stadijs manet. Quo fit vt dierum longitudo & clima: & apparentię omnes eędem sibi cōstent. Aucto vero stadiorum numero pro habitationis diuersitate: horizō. Clima: omnes denique apparentię

mutantur. Conuenit tamen vt habitationis vltra quadragita ſtadia mutationem ad auſtrum boreamue accipiamus. Siquidem: qui eundem æquidiſtantē incolunt: in quamlibet magno ſtadiorum numero: horizonta quidē diuerſum habent: clima vero idem: & apparētias omnes ſimiles: dierum tamen exitus in itiaq; haud quaq; iſs qui eūdē æquidiſtātē habitant: eodem temporis momento euenient. Verū ſi exactæ ratiōis examini ſtare velimꝰ: pro quolibet puncto: in quauis orbis parte mutati ſitus: horizon. Clima & apparentiæ omnes euariant. Horiſon vero ea ratione in ſphærarū deſcriptionę non adhibetur: quod reliqui circuli omēs ab ortu ad occaſum circumacto mundo vna rapiuntur. Horizon ſuapte natura quietem amat: eodem ſemper ſeruato ſitu. Si itaq; horizon in ſphæras adderetur: circumactis iſs etiam eū moueri: & non nunq; ſupra verticem eſſe: accideret. Id quod certe tum captum omnem ſuperat: tū a ſphære ratione abhorret Verum non incommode: ſitꝰ eius ab alueo in quo ſphæra reuoluitur: intelligi ſolet.

¶ De meridianis circulis.

MEridianus circulus eſt: qui per mundi polos & punctum quod nobis ſupra veticē eminet ducitur. In quem cum ſol incidit

medios dies: mediasq; nocles efficit. Hic etiam circulus: immotus in mundo est. Vno eodemq; in tota mundi vertigine seruato positu. Nec in sphæris qui astris insigniuntur adscribit: quod & immotus sit: & nullã mutationem recipiat: sed quod sensu vsurpari possit: trecentis fere stadijs idem meridianꝰ manet: rationis tamẽ scrupulosiore indagine ad quemuis gressum: qui ortum versus occasum ve dirigitur: nouus meridianus notatur. Ad austrum enim boream ve quãtum vis progrediare: etiam si decem milium stadiorum interuallum processeris idem meridianus seruatur: cum ab ortu ad occasum itur: mutatur.

De lacteo circulo.

Bliquus etiam est & lacteus circulus: hic itaq; super tropicos obliquatus cernitur. Constat enim ex tenui nebulosa substantia. Vnus certe cælestium circulorũ cõspicuus: nec certa latitudine definitus: sed aliqua sui parte latiore: aliqua angustiore: quo minus equidem in pleraſq; sphæras adscribi solet. Est autem vnus e numero maximorum circulorum: quippe cum maximi circuli in sphæris dicantur: quibus idem cẽtrũ

cum ſphæra eſt. Sunt porro maximi circuli ſeptem. Aequator. Signifer. Qui per media ſigna ducitur. Qui per polos ducitur. Cuiuſq; habitationis horizon: meridianus: lacteꝰ.

De quinq; zonis.

TOtius terræ ſuperficies ſphærica eſt: & diuiditur in zonas quinq;. Ex quibꝰ duæ ſũt: q̃ circa polos deſcribunt̃: frigidę dictę quod maxime abſũt a ſolis orbita. Eædem ob frigoris iniuriam parũ habitatę. Determinantur autem polos verſus: arcticis circulis. Quę vero deinceps poſt has habentur: quod mediocriter ad prętériuntẽ ſolem ſitę ſunt: temporatę appellantur. Habent quę in cęlo limites arcticos: tropicoſq; circulos: quibꝰ interiacent. Reliqua: quæ inter memoratas quatuor medium locũ tenet: quod ſub ipſo ſolis trãſitu iacet: torrida nũcupat̃. A terreſtri æquatore in duas partes diuiſa. Is porro ſub mundi æquatore porrigitur: ſed ex temporatis altera a noſtri orbis hominibus incolitur: ipſa lõga prope cẽtum milibus ſtadiorum: lata fere dimidio.

De ſignis cęleſtibus.

Signa stellis īsignita diuidūtur in parteis tris. Quædam enim in signifero locata sunt: quędā septentrionalia vocantur: quædam austrina. Que itaq; ī signifero sita sunt: duodecim animalia sunt: quorum nomē elaturas alibi diximus. In ijs duodecim stellę quædam sunt: quæ ob quasdam quas referūt notas: proprias appellationes meruerunt. Siquidem sex numero: quę in tauri capite cernuntur: hyades dicuntur: stella vero que pedes geminorum precedit. Propus græce: quasi præpes latine ad verbum dicas: quę vero in cancro nubeculam referunt: presepe vocant. At duę quę iuxta prędepe collocatę sunt: Aselli dicuntur. Prenitentes autem sydus: quod in corde leonis notatur: gentili cū loco nomine: leonis cor dicitur: a nonnullis regia stella: quod qui sub ea nascuntur: regiam natiuitatem sint nacti. Sed quę in virginis summa siniſtra manu heret: fulgida sane stella: spicam nominant. Stellula vero: quæ iuxta virginis dextram alam figitur: Protrigetes dicitur. At quatuor stellæ: quæ in summa aquarij dextra visuntur: Vrne nomē habent. Quæ vero a piscium caudę partibus sitę deinceps sunt: greci lini: latine lineę: vel vt quibusdam placet: liniole nuncupantur.

Sunt itaq; in auſtrina linea ſtellę nouem: in ſeptentrionali quinq;. Sed prefulgēs ſydus: quod in ſumma linea conſpicitur: grece ſyndeſmos: latine nodus nuncupatur. Septentrionalia ſunt: quecunq; ad ſeptentrionem ſigniferi ſitum habent. Sunt autem hec: vrſa maior: vrſa minor: draco: qui inter vrſas locatur. Arctophylax. Corona. Engonaſin. Serpentarius. Serpens. Lyra. Auis. Sagitta Aquila. Delphinus. Protome hippi: hoc eſt prior equi portio. Iuxta hipparchum equus. Cepheus. Caſiepeia. Andromeda. Perſi⁹. Auriga. Deltoton. Et qui poſtea a Callimacho in aſtra relat⁹ eſt. Berenices crinis. In iſs rurſus: ſtellę quędā: ob notas quaſdā integras: quas in ſe continent: propriaſ appellatiōes ſunt ſortite. Nam inſigne ſyd⁹ quod ſupra media arctophylacis crura iacet. Acturus appellatur. Clara vero ſtella: quæ iuxta lyram poſita eſt: totius ſigni nomine: lyra dicitur. Quæ vero in perſei ſumma ſiniſtra ſpectantur: gorgoneę nomen habet. ſed quę in ſumma eius dextra notantur. Stellule certe crębre: parueq; falcem conficiunt. At illuſtre ſydus: quod ī aurigę ſiniſtro humero cernim⁹: caprā nominamus. Duas vero exiguas ſtellas quę in ſumma eiuſdem aurigę manu: hedos dicimus. Auſtrina ſigna ſunt quęcūq; ad meridionalem ſigniferi partem ſunt poſita. Eorum nomina hec ſunt. Orion. Procyon. Lepus. Argo. Hydra. Cratera. Coruus. Cen-

taurus. Fera: quã centaurus tenet. Thyrſolochus: quem centaurus prefert. Thuribulum. Auſtrinus piſcis. Cetus: aqua: quę ab aquario funditur. Flumẽ quod ab Orione defluit. Auſtralis corona: quam nonnulli vraniſcum vocauere: ac ſi a cęlo diminutiuum declines: et iuxta hipparchum caducens. In iſs quoq; ſtellę quædam propria ſibi nomina vendicauere. Quippe lucida ſtella: que i procyone cernitur: procyon appellatur: quæ vero in ore canis conſpicuo ſplendore aſpicitur: quodq; eſtus incremẽta ſecum afferre putatur: canis eodem quo totum ſignum nomine cenſetur. At ſydus quod in ſummo argus gubernaculo fulget: canob⁹ nomiatur. Hic in rhodo ęgre conſpicitur: aut certe ab ędi-tis locis. In Alexandrea vero prorſus eſt cõſpicu⁹. Cum ferme quarta ſigni parte ſupra finitorem teratur.

Telos.

Impreſſũ p me RICHARDVM Pynſon regiũ impreſſo.



Rychard Pynson ?